

THESES,

QUAS

ANNUENTE AMPLISS. FACULT. PHILOSOPH.

IN EXERCITATIONEM STIPENDIARIORUM

PUBLICE PROPONIT

PETRUS AD. von BONSDORFF,

Chemiae Professor, P. & O.

RESPONDENTE

CAROLO HENRICO AHLQUIST,

Stipendiario Publico, Wiburgensi.

In Auditorio Philosophico die XIV Decemb. MDCCCXXV.

b. a. m. s.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.



Thes. I.

Notissimum est, Geologos nostri ævi, in explicanda formatione Telluris, in duas potissimum abiisse scholas, quarum altera, sic dicta Neptunica, a Cel. WERNER fundata, solidam Telluris massam vi aquæ vel per solutionem in aqua extitisse assumit, altera vero, Vulcanica, auctore Cel. Hutton, eandem vi ignis liquefactam & dein refrigeratione solidatam fuisse ponit. Accuratori vero inter utramque scholam collatione instituta, nulli dubitamus, Theoriæ Vulcanicæ, ut pote diversis phænomenis physicis & chemicis eorumque hactenus cognitis legibus maxime consentaneæ, palmam deferre.

Thes. II.

In Theoriam scilicet Vulcanicam, qua Tellus originitus summo caloris gradu correptus sicutur, aperte præcipueque illud loquitur phænomenon Chemicum, elementa simplicia, ubi forma qualidem cunque invicem contigerint, in primis sub forma liquida aut aëriformi illa, sola coniunctione chemica, quam diversa illorum qua electricitatem natura provocaverit, non modo permagnum caloris gradum suopte ingenio concipere, verum etiam ignis scepissime exferere phænomenon; hinc etenim in eam facile adducimus opinionem, elementa tellu-

telluris, si quidem rerum initio, aut in forma fluida **elastica**, aut etiam iriundi & indigeta mole qualidemumcunque fuerint separata, postea singulari quadam vi conflata & ad peculiares naturæ leges, proportionib. s. jamjam conspiciendis, conjuncta fuisse, nesciamque hac ratione concretam tantum caloris gradum generasse, ut in statum transferint liquidum, tandemque, deficiente sensim atque sensim calore, solidam formam, præ-
prinvis qua superficiem, induerint.

Theſ. III

Præter hoc autem argumentum, quod a priori quasi in fidem Theoriæ Vulcanicæ proponi poterit, etiam nonnulla alia adſunt magis empirica, e fedula phænomenorum in rerum natura obviorum observatione oriunda, documenta; quorsum ut maximi momenti omnium primo referimus, internam Telluris temperaturam, secundum observations a Geologis quibusdam in diversis Europæ fodinis profundissimis haud ita pri-
dem institutas, cum profunditate accrescere, indeque maxime fieri probabile, intinas vel saltem centrales Telluris regiones maximo caloris gradu gaudere & adhuc etiam in statu suo liquido pergere.

Theſ. IV.

Dein vero monendum est, generaliores & longius pro-
gredientes terræ tremores, quales etiam annis nuperrime præter-
lapsis in pluribus Europæ partibus observati sunt, facillime posse explicari, ubi strata interna Telluris liquida, in formam solidam per gente tempore per refrigerationem transire, eoque paſto ut pote coarctata rimas necessario recipere, atque adeo mo-
tum sive concussionem ipsa pati eandemque stratis superim-
positis impertire, admiseris.

Theſ. V

Thes. V.

Ponimus denique, si vel audacius conjectisfe videamur, aqvæ maritimæ, qualem in mari saltem Baltico certissimis indicis observare datum fuit, diminutionem, præcipue ex eo, quod rimaæ vel fissurae illae in gremio terræ sensim atque sensim, modo quo diximus, exortæ, aqua affluente impleantur, eaque ratione superficiem quoque maris paulatim subducere faciant, esse derivandam.
